







1785  
19  
2091  
SPECIMEN INAUGURALE  
DE  
PACTIS REMISSORIIS  
CVM  
DEBITORE OBAERATO

---

QVOD  
EX DECRETO ATQVE AVCTORITATE  
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM  
ORDINIS  
IN ACADEMIA ALTORFINA  
PRO DOCTORIS GRADV  
ET  
HONORIBVS  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE  
RITE ET LEGITIME OBTINENDIS  
DIE XXIII MART. MDCCLXXXV.

EXHIBIT  
PAVLVS TOBIAS WAGLERVS  
NORIMBERGENSIS.

---

ALTORFII

TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELI ACADEMIAE TYPOGRAPHI



EXAMINUM UNIVERSITATIS  
DE  
PACTIS REMISSORIS  
CVM  
DECTORE GERARDO

DE  
MAGISTRO  
IN ACADEMIA RYMNICA  
PRO DOCTORIS GRADU  
HONORARIIS  
LITE ET LEGITIME OBTINENDIS  
DE  
PAVLVS TOMEAS HUBERVS  
NOMINE REGIS  
PATRIBVS TATEIS OPTIMIS

DE  
MAGISTRO  
IN ACADEMIA RYMNICA  
DECTORE GERARDO





SACRI ROMANI IMPERII  
PERILLVSTRIS AC LIBERAE  
REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS

SENATV I

SPLENDIDISSIMO

PERILLVSTRIBVS AC GENEROSISSIMIS DOMINIS  
DOMINIS

DVVMVIRIS

TRIVMVIRIS

SEPTEMVIRIS

CONSVLIBVS

SENATORIBVS

PATRIBVS PATRIAE OPTIMIS

GRATIOSISSIMIS LITTERARVM PROTECTORIBVS  
MAECENATIBVS SVIS INDVLGENTISSIMIS



REGIMEN FELICISSIMVM ET TRANQVILLVM

INCOLVMITATEM INCONCVSSAM

ET

VITAM LONGAEVAM

GENEROSISSIMARVM FAMILIARVM SALVTEM

AC PERPETVITATEM

DEO OPTIMO MAXIMO PIE APPRECATVRVS

D. D. D.

TANTORVM NOMINVM

TRIVMVRIS

SEPTEMVRIS

CONSVALIBVS

SEÑATORIBVS

PATRIBVS PATRIAE OPTIMIS

CVLTOR DEVOTISSIMVS

PAVLVS TOBIAS WAGLERVS

NORIMBERGENSIS.





§. I.

INTROITVS

**D**e pactis remissoriis extant quidem variae Dissertationes Iureconsultorum primi ordinis, inter quas laudare tantum lubet W. A. LAVTERBACHIVM de pacto praeiudiciali remissorio maioris partis Creditorum Tub. 1667. 4. in collect. Dissert. Vol. 1. n. 60. et I. H. BOEHMERVM de pacto remissorio moto concursu in Exercit. ad Dig. T. V. n. 89. quibus adii-  
ciendi sunt WEREMBERG. in Diff. pactum remissorium in concursu creditorum non esse iuris romani Hal. 1729. G. LENNEP de pacto, quod vocant praeiudiciale, Marburgi 1745. et nuperrime P. C. N. LEMBEKE de pacto remissorio quoad creditorem non consentientem ad a. 13. tit. 1. Lib. 3. Stat. Lub. Ien. 1784. Attamen nondum ita exhausta videtur ea doctrina, quin variae addi possint observationes practicae ad usum hodiernum spectantes, partim quoque e legibus provincialibus haustae, quibus nostro aevo forma horum pactorum insigniter emendata, et ad finem eorum exoptatissimum securius assequendum magis accommodata est

A

§. II.



  
§ II.

## DEFINITIO PACTI REMISSORII, EIVSQVE UTILITAS.

Intelligimus hic sub *pacto remissorio* eam conventionem, quam debitor obaeratus sive extraiudicialiter sive iudicialiter inquit, cum suis creditoribus, qui partem crediti eo remittunt sine, ut aut debitor calamitatibus pressus a totali liberetur rei familiaris interitu aut saltem creditores electa via amabili plus e naufragio servent, quam quidem servare possibile fuisset, si integras suas actiones et summum ius persequi, eoque aeternis atque sumtuosis litis ambagibus sese committere voluissent. Praestat enim tale pactum commoda insignia, quae quidem cuivis nota sunt, in vita communi vel aliquatenus verfacto, hic tamen curatori studio delineasse haud pigebit. Spectant ea aut ad debitorem aut maxime ad creditores. Nam 1.) interdum plane extinguitur inopiae fama, et funesta concursus criteria remouentur, si creditores humanitate et prudentia conspicui superveniunt iusta tempore debitori causis magis fortuitis quam dolo aut culpa ad incitas redacto, aliqualis summulae remissione, quam postea ad meliorem fortunam reversus facile restituere potest. 2.) Debitor culposus, lapsus animi levitate et artibus luxuriosis ad minimum liberatur ab arresto personali aliisque molestiis, quibus forsitan creditores summo iuri insistentes illum persequi potuissent, si pars debiti statui bonorum obaerato adequata ipsi remittitur, eoque ipso beneficii cessionis bonorum compos redditur. 3.) Creditores interdum efficiunt, ut haeres, qui forsitan alias hereditatem defuncti obaerati nunquam adiiisset, illam accipiat, remissa passivorum quota. Iuvat enim creditores, a haerede magis et brevi manu solutionem recipere, quam quidem a haereditate iacente, cui curator est praeficiendus, quaeve facile innu-





innumeris expensarum sumtuumque necessitatibus exhauriri plane potest. 4.) Maxime autem et in plerisque casibus pacta remissoria creditoribus eam praestant utilitatem, ut pro aliqua summae iactura certam saltem crediti summam conservent, eamque rapacibus litis atque processibus faucibus iusto tempore eripiant, quae alias similiter aut in totum peritura aut saltem magnam diminutionem passura esset, si solemne concursus iudicium cum omnibus suis ambagibus aperiretur, tumque alienae messi curator bonorum, contradictor, advocati, iudex, actuarius cum reliquis ministris falcem immitterent, et parvulas reliquias creditoribus relinquerent, beatis insuper, si post decennium, et quod excurrit decursum easdem viderint, ut taccaemus usurarum iacturam, quam patiuntur, qui vel aliqualem summam ab initio servatam interim foenori collocare potuissent.

### §. III.

#### DIFFERENTIA PACTI REMISSORII ET MORATORII.

Differt pactum remissorium a moratorio. Nempe 1) in pacto remissorio creditores aliqualem summae debitae diminutionem patiuntur. In moratorio autem inducias tantum atque terminos concedunt creditores, in quibus sensim sensimque solutio partialis a debitore peragatur. 2) Inde statim altera fluit utriusque pacti ratio, dum nempe unumquodque diverso bonorum statui magis accommodatum est. Quodsi enim debitor, uti privatorum plurimorum conditio est, non nisi bona possideat alienabilia, quae sine ullo impedimento distrahi et in pecuniam paratam mutari possunt, tum, nisi creditores unicum promovere velint debitoris fortunam, magis adaequatum est pactum remissorium, ubi distractis bonis statim sequitur plenaria creditorum extinctio, quantum quidem deducta remissio-





missionis quota ex illis superest. Longe autem differt talis  
 massae status, ubi maxima bonorum pars consistit feudis, atque  
 bonis stemmaticis s. fideicommissariis, quae aut plane non, ne  
 quidem ob debita necessaria in rem versa aut consensu agnato-  
 rum munita alienari possunt, relictis creditorum fortunae tan-  
 tum fructibus et annuis redbibus secundum ordinem legalem  
 aut conventionalem quotannis dividendis, uti de concursibus  
 Principum Imperii, Comitum, Civitatum imperialium, Monaste-  
 riorum, Nobiliumque immediatorum cuius notum est, a) aut  
 saltem commodam atque creditoribus proficuum alienationem  
 non admittunt, s. ob emtorum raritatem s. ob temporis infortu-  
 nium, ubi sequestratione ac locatione praedii creditoribus ma-  
 gis quam ipsa distractione interdum consulitur. Denique 3)  
 maximum in ipsa utriusque pacti forma deprehenditur discrimen,  
 cum pactum remissorium contrahatur quidem maioris  
 partis creditorum consensu, ita tamen, ut ii, qui personales tan-  
 tum actiones habent, hypothecarios quamvis minores voto  
 suo vincere eosque ad eandem remissionem adigere nullo mo-  
 do possint b), sed in pacto moratorio, nullo inter creditores  
 hypothecarios ac personali tantum actione gaudentes statu-  
 to discrimine, indistincte decernat maiorum creditorum pars  
 et reliquos dissentientes vincat, ita disponente Imperatore IV-  
 STINIANO, *si quidem unus creditor aliis omnibus gravior in sum-  
 ma debiti inveniat, ut omnibus in unum coadunatis et debitis eo-  
 rum computatis ipse alios antecellat, ipsius sententia obtineat, sive  
 indulgere tempus sive cessionem accipere desiderat. Si vero plures  
 quidem sint creditores, ex diversis autem quantitibus, etiam nunc  
 amplior debiti cumulus minori summae praeferatur, sive par sive di-  
 screpans numerus est creditorum, cum non ex frequentissimo ordine  
 foeneratorum, sed ex quantitate debiti causa trutinetur. Pari au-  
 tem*





tem quantitate debiti inuenta, dispari vero creditorum numero, tunc amplior pars creditorum obtineat, ita ut quod pluribus placeat, hoc statuatur. Sin vero undique aequalitas emergat tam debiti quam numeri creditorum, tunc eos anteponi, qui ad humaniorem declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias, nulla quidem differentia inter hypothecarios et alios creditores, quantum ad hanc electionem observanda. In rebus autem officio iudicis partiendis suam vim singulis creditoribus habentibus, quam eis legum praestabit regula, nullo praevudicio creditorum cuiquam ex quinquennii dilatione circa temporalem praescriptionem generando. c)

a) v. illustrem FÜTTERVYM in iure priv. princ. p. 124. et das Projekt einer Reichsconcursord, in den Concepten der Reichs - C. G. Ord. auf Befehl der jüngsten Visitation entworfen, herausgegeben von I. H. C. A. de SELCHOW, Goettingen 1782. P. III. p. 536. ibi: eine andere Beschaffenheit aber hat es mit des b. Reichsständen oder andern Standespersonen oder auch ganzen Staedten und Gemeinheiten. Erstere besitzen groestentheils Leben oder Fideicommissgützer und dem Reichsanschlag und des H. R. Reichs und Craysanlagen unterworfen Lande und Unterthanen, und stehen mit den andern Craysstaenden in einer unzertrennlichen Verfassung und Verbindung, deren Herrschaften, Graffschaften, Chur- und Fürstenthümer lassen sich nicht zersplittern oder veräußern, noch koennen deren Besizer ausser Stand die Reichsstaendische Würde, Ansehen und Regierung geziemend zu versehen, sich setzen. Solche Standespersonen, die nichts als Leben, Fideicommiss- Stock- oder Stammgützer im Vermoegen haben, koennen vor sich und ihre ex providentia maiorum ein Recht daran haben. de Nachkommen derselben nicht verlustig werden. Staedte und Gemeinheiten aber moegen ohne Beybehaltung ihrer gemeinen Gützer nicht bestehen, noch im Stande die oeffentlichen und bürgerlichen Abgaben zu entrichten, bey denen Veräußerungen bleiben.


b) l. 10. D. de pacris.

c) l. 8. C. qui bon. ced. poss.

A 3

§. IV.





## §. IV.

## UTRIVSQUE PACTI CONIUNCTIO.

Nonnumquam utrumque pactum utiliter coniungi potest, id quod in eo saepius contingit casu, cum ex una parte debitor iterum bona possidet immobilia, quae aut plane non aut non commode possunt alienari, ex altera vero parte creditores aut egeni aut induciarum saltem impatientes adsunt, qui ob longinquitatem solutionis particularis e fructibus peragendam malunt quotam crediti partem statim accipere, quam ad calendas usque graecas expectare. Potest igitur aut unus creditorum aut tertius interdum intervenire, qui certam pecuniae summam maiori creditorum parti extinguendae sufficientem in medium proferre sub ea promittit conditione, ut sibi bona debitoris immobilia vel cum vel sine pacto antichretico oppignorentur, atque fructus et annui redditus ipsi assignentur, eo fine, ut inde mutuum numeratum cum usuris sensim sensimque recipiat. Eo igitur casu creditores plerique deducta remissionis quota suam pecuniam statim accipiunt vi pacti remissorii, cum novo autem creditore plurimorum consensu simul moratorium contrahitur pactum. Sic in Consilio Imperiali aulico rescriptum *in der Debitsache der Grafen zu Montfort* sub 12. Jun. 1731. *Es hatte der Herr Fürst von Fürstenberg (als Commissarius) aus dem Exhibito de 7. May mit mehrerem zu ersehen, welchergestalten Ihro Kaiserl. Maiestät der Graf Ernst zu Montfort bey dem zum Nachtheil der auf der Grafschaft zu Montfort bekanntlich haftenden Reichslehnbaren, und Fideicommissseigenschaft in Vorschein kommenden grossen Schuldenlast, woran er der Fideicommissarius keinen Antheil habe, um allergnädigste Erbteilung eines Moratorii auf 9. Jahre lang allerunterthaenigst anzuruffen, sich benoethigt befandete, mit*

an-





angefügter Erklärung und fernerer allerunterthaenigster Bitte, dasz wie er in gewisser Maasse an seinem in fideicommissio radicirten Vorzug und Rechten aufbunliche conditiones und gewissen Vorbehalt einiger gültlichen Handlung nachzugeben, erbietig waere, er um so mehr in Zahlungsstand versetzt würde, wenn mittler Zeit die Glaebiger zu einem freywilligen Nachlass in Capitali und auf billige Reduction der Zimyse sich der Güte behandeln lassen wollten, Ihro Kayserl. Majestaet Ihme den Herrn Fürsten Dero Kayserl. Commission dahin aufzutragen allergnaedigst geruben moechten, damit derselbe die gesammte Glaebiger in Betracht der erheblichen Umstaende und der vor Augen schwebenden Impossibilitaet zur gültlichen Behandlung zu vermoegen, trachten, dazumaln in eventu concursus die mehreste creditores obnedem stante fideicommissio einen nabmhaften Abgang ihrer Forderungen würden empfinden müssen, wobingegen wenn alle zur Erleichterung des Schuldenhaufens concurriren, er der fideicommissarius in wirklichen Zahlungsstand gelangen würde und die Creditores zu vergnügen ganz willfaebig waere, wes endes er denn auch auf den Fall der Reduction der Zinnsen oder gutwilligen Nachsicht in Capitali um **Ertheilung des Kaiserlichen Consensus zur Aufnahme einer ergiebigen Geldsumme à 3 bis 4 procento allerunterthaenigst gebethen habe.** Wie nun Ihro Kayserl. Majestaet die von saemmtlichen conservatoribus in ibrem unterm 9. Apr. und resp. praes 10. und 18. May jüngstbin allerunterthaenigst erstatteten Bericht beschebene Vorschlaege sothaner der allermildesten Absicht allerdings gemaess zu seyn und nach Gelegenheit der vorkommenden Umstaende für allerseits fürtraeglich ersprieslich und billig angesehen — als verwilligten Ihro Kayserl. Majestaet und autorisirten den Herrn Commissarium hiemit allergnaedigst erbetischer Nothdurft und bessern Nuzens wegen auf die Graffschaft Montfort ein Capital von etwa

100000.





100000 Rhl. gegen jehrl. Verzinsung auf 3. bis höchstens 4. procento aufzunehmen. Quod deinde ad ulteriorem adhuc summas extensum cum immisione creditoris novi in hypothecas speciales ipsi constitutas. a) Simili modo conclusum in der Debitsache des Herrn Fürsten von Oettingen Spielberg sub 19 Jan. 1754. es wollten Ihro Kaiserliche Majestät geschehen lassen, daß die Commission auf die von ihr vorgeschlagene Conditiones auctoritate caesarea ein Capital von 300000 bespreche, und den Creditorem des nachfolgenden Consensus auch Confirmation nebst Manutenez in forma versichere, jedoch solches nicht eber erhebe, bis sich in der gültlichen Behandlung zeigt, daß man durch dasselbe und übrige zur Debitcasse gewidmete Fundos auch sonstige annehmliche Mittel die Creditores auf einmal gutwillig zufrieden stellen und beruhigen koenne, quod sub 8. Mart. 1756. solenniter confirmatum. b) Item rescriptum in der Solmsbraunfelsischen Debitsache sub 31. Oct. 1771. insbesondere aber die Negotirung eines nahmbaften Capitals gegen Zinse à 4. procent, um nach vollendetem Liquidationsgeschaeft und ergangenem Classificationsurtheil die vornehmsten Glaebiger gegen einen ergebnen Nachlaß, befriedigen zu koennen, sich angelegen seyn zu lassen. c) Eodemque modo ad novum mutuum extirpandorum aliorum creditorum gratia contrahendum usque ad 4 — 500000 Rhl. consensus datus in der Nassau-Dillenburgischen Debitsache per conclusum de 2. apr. 1738. d) Idem utrumque pactum coniungendi modus nonnumquam et in Civitatibus Imperialibus aere alieno obrutis contingit. Sic civitates Dünkelsbühl per conclusum Iud. Imp. Aul. de 19. Febr. 1752. Eslingen per conclusum de 18. Febr. 1752. et Rotbweil per conclus. de 10. Jul. 1752. consensus ad mutua hoc sine contrahenda impetrant: e) ut taceam concursus Nobilium imperii immediatorum, de





de quibus talium pactorum occurrunt exempla quotidiana, f) Id unicum addere licet, et omni attentione dignum videtur, interdum quoque in concursibus rusticorum talia pacta coniungi utiliter posse, cum adsint praedia, quae ob varias difficultates aut ob vilitatem pretii, per temporis infortunium contingentem vix possunt alienari, de quo casu acutissimae sunt pro more suo cautelae illustris MOESERI. g)

- a) I. I. MOSER Tr. vom Reichsstaendischen Schuldenwesen p. 322 sq.
- b) MOSER I. c. p. 393 lq.
- c) MOSER I. c. P. II, p. 241.
- d) MOSER I. c. P. I. p. 141.
- e) MOSER Tr. von der Reichsstaendischen Reg. Verf. p. 297. 298. 303.
- f) MADERS Sammlung Reichsgerichtl. Erkenntnisse in Reichsritterschaftlichen Angelegenheiten X. B. p. 11.
- g) v. Gedanken über die Mittel den übermächtigen Schulden der Vaterthanen zu wehren. In den Patriarchischen Phantasien I. B. n. 23.

### §. V.

#### QVI PACTVM REMISSORIVM INIRE POSSINT.

Pactum remissorium inire possunt omnes, qui liberam rerum suarum administrationem habent, aut a domino ad illud ineundum sunt constituti. Hinc r.) impediuntur *pupilli, minores, furiosi, prodigi* alique sub curatela necessaria constituti, qui non nisi cum tutorum et curatorum consensu atque Magistratus decreto illud inire possunt. a) Cum autem tale decretum cum variis ambagibus et difficultatibus interdum sit coniunctum, valet quoque tale pactum a tutore et curatore solo interimistice et salva ratificatione inutum, ita ut ea deficiente postea iterum recedi possit. Neque dubitandum est, quin tale pactum necessarium, vi cuius ob maioris partis creditorum

B





ditorum consensum minor pars vincatur, et cedere debeat, etiam pupillos atque minores eorumve tutores et curatores inuitos et dissentientes obliget, cum in alienatione necessaria iudicis decretum haud adesse debeat. Si pupillus succedit patri oboerato, ipsius tutor vi muneris sui pactum remissorium cum creditoribus concurrentibus tentare obligatus est, ita ut, si ipse defuncti creditor sit, tali remissioni, quam aequitas suadet, sese haud subtrahere possit. Ita enim in l. 44. D. de patris abstineretur, tutor cum plerisque creditoribus decidit, ut certam portionem acciperet. Idem Curatores cum aliis fecerunt. Quaero, an et tutor idemque creditor patris eandem portionem retinere debeat? respondi, eum tutorem, qui caeteros ad portionem vocaret, eadem parte contentum esse debere. Idemque in l. 59. D. de administr. et peric. tut. cum hereditas patris aere alieno gravaretur, et res in eo statu videretur, ut pupilla ab hereditate paterna abstineretur, unus ex tutoribus cum plerisque creditoribus ita decidit, ut certa crediti portione contenti essent, acciperentque, idem curatores iam viri potenti accepti cum plerisque creditoribus deciderunt, quaesitum est, an si aliquis tutorum creditor patris pupillae solidam pecuniam expensam sibi ex re pupillae cum usuris fecerit, revocari a curatoribus pupillae ad portiones eas possit, quas caeteri quoque creditores acceperunt? respondit, eum tutorem, qui caeteros ad portionem vocaret, eadem parte contentum esse debere. 2.) Administratores universitatum nec non bonorum privatorum tale pactum inire possunt, si aut mandatum speciale Magistratus, cui subsunt, aut domini producere possunt, aut ad administrationem cum libera disponendi facultate sunt a domino constituti. b) 3.) Pater intuitu peculii adventitii liberorum, cuius administratione et usufructu gaudet, non solum creditoribus tale pactum ineunti-

tutoribus

bus



būs sese adficiere potest, sed et invitus maioris partis conditionem sequi tenetur c) idemque dicendum 4) de marito intuitu crediti in dotem illati bonorumque paraphernalium, siquidem eorum administratio ipsi concessa est, d) et 5) de haerede *fiduciario* in credito ad fideicommissum spectante. e) 6) neque dubitandum, quin etiam creditores *cambiales* tale pactum sponte non solum inire, sed et inviti ei interdum accedere teneantur, cum post bona a debitore obaerato cessā pereat parata cambiorum executio, cum iuribus inde pendentibus. f) 7) Interdum quoque tale pactum valide ineunt *fideiussores* quibus creditor actiones suas cessit. Imo ipse creditor utiliter in tali pacto ineundo fideiussoris adhibet consensum. Quodsi enim illum negligit, tum cessat regressus adversus fideiussorem, quoniam debitore per pactum remissorium liberato simul fideiussor quoque ex pari quota liberatur. Tum vero et fideiussor ad totum solvendum valide conveniri potest. 1) cum nempe ille consensum ad pactum remissorium ineundum dedit, et creditor iura adversus fideiussorem sibi reservavit. 2) aut si pactum debitorem dissentientem et invitum ob maiorem creditorum numerum obligat, quoniam hoc casu ipse fideiussor quoque, si praesens et actionem expertus fuisset, cedere cogeretur. 3) denique si creditor absens fuit, et ob eandem reliquorum creditorum pactum remissorium foventium maioritatem cedere obligatur, id quod claris verbis Paulus disponit l. 58. §. 1. D. mand.: *Lucius Titius* creditori suo mandatorem dedit. Deinde defuncto debitore, maiore parte creditorum consentiente, a praetore decretum est, ut portionem creditores a haeredibus serant, absente eo creditore, apud quem mandator exstiterat. Quaero, si mandator conveniatur, an eandem habeat exceptionem, quam haeres





*debitoris? respondi: si praesens apud praetorem ipse quoque confertisset, pactum videtur iusta ex causa, eaque exceptio et fideiussori danda esset et mandatori. sed cum proponas, eum absuisse, iniquum est, auferri ei electionem, sicut pignus aut privilegium, qui potuit praesens id ipsum proclamare, nec desiderare decretum praetoris. Nec enim si quis dixerit summoendum creditorem, haeredi consultitur, sed mandatori, vel fideiussori, quibus mandati iudicio eandem partem praestaturus est. Plane si ab haerede partem accepisset, an in reliquum permittendum esset creditori fideiussorem convenire dubitatum est. Sed videbitur consentire decreto, conveniendo haeredem. g)*  
 Illud tamen haud praetermittendum est, nullum ad hocce pactum admitti posse creditorem, neque ullius in computanda maiore creditorum parte rationem habendam ad eum effectum, ut minor pars invita eo vincatur, nisi quorum actiones ad liquidum sint deductae, cum alias fraudis atque collusionis suspiciones non possint abesse. Cum autem eo utiliora sint haec pacta, quo maturius ineantur, et bona debitoris dividantur, ne grave expensarum onus omnem lucri spem intercipiat sequitur, in eo praesertim casu, ubi ante citationem creditorum edictalem terminumque liquidationis solennem tale pactum celebratur, non omnia ad summum usque rigorem exigi posse, quae alias post concursum formaliter motum a contradicatore nimia scrupulositate desiderantur, sed sufficere aliqualem demonstrationem a fraudis suspicione liberam, et discussionem summariam, prudenti iudicis arbitrio dirigendam. Quodsi vero reliqui creditores nonnumquam uni alterive creditum illiquidum exigenti vehementius et cum argumentis probabilibus contradicunt, tum neque in eo casu turbari debet, ut, proh dolor, saepius contingit, pacti remissorii conciliatio, quoniam creditor talis etiam admitti potest salva ulteriori li-  
 quida-





liquidatione in posterum via iuris ordinaria peragenda, ita ut id, quod ipsi deducta remissionis quota debetur, aut deponatur usque ad peractam liquidationem, aut ipsi praestita idonea cautione de restituendo statim aeque ac reliquis creditoribus tradatur. Ob eandem rationem ad pacta remissoria eo magis acceleranda admodum conducit, si creditoribus mature iniungitur, ut aut unum aut aliquot communes mandatarios satis instructos constituent in loco iudicii, quoniam tractatus praeparatorii eo spectantes raro uno die expediri ac finiri possint, sed saepius per integras septimanas et menses durant, et exactam desiderant massae et status activi cognitionem, nec non mutuas persuasiones, remissiones et disputationes tam diu continuandas, usque dum de sufficienti remissionis quota creditores conveniant, qui vix ac ne vix quidem obtineri potest finis, si per literas praesertim cum creditoribus peregrinis tale negotium velit tractari.

a) l. 22. C. de adm. tut.

b) arg. l. 58. D. de procur.

l. 60. §. ult. D. mand. c. 5. de proc. in 6to.

c) HELLFELD *Iurispr. for.* §. 909.

d) arg. l. 2. C. de O. et A.

e) l. 36. D. ad S. C. Treb.

f) *Gmelin Ordnung der Glaebiger.* p. 340.

g) praecudicia notatu digna in der Nassaudillenburgischen Debitsache apud Moserum l. c. p. 134. in der Sachsen-Weissenfelschen Debitsache ibid. p. 193.





## §. VI.

DE DEBITORE OBAERATO, CVM QVO TALE PACTVM  
INIRI POTEST.

Ad eos, cum quibus pacta remissoria contrahuntur, referri possunt debitores omnes obaerati. Sed variat illorum conditio pro diverso bonorum aere alieno obrutorum statu.

Ergo I. iniri potest tale pactum cum debitore, qui quidem grave contraxit aes alienum, quod tamen integram bonorum massam nondum exhaurit, ita ut deducto aere alieno adhuc supersit aliqua bonorum pars. Sed tali in casu pactum remissorium pacti mere privati induit naturam. Ergo 1.) si pars creditorum liberali animi affectu commotorum, etiam si maior debitori ad soluendum adhuc idoneo illius servandi causa aliquid remittit, illud tertiis non consentientibus praeiudicium nullum inferre potest, ut easdem condiciones sequi teneantur. 2.) Neque tale pactum privatum iudiciali eget auctoritate, siquidem concursus nec materialiter nec formaliter motus existit. II. Cum debitore quoque illo, cuius quidem bona adhuc sufficiunt ad aes alienum solvendum, quae tamen a Iudice arresto generali sive proprio motu sive ad creditorum instantiam subiecta sunt. Tale quoque pactum, etiam si sub directione et confirmatione iudicis contrahatur, conventionis privatae limites excedere non potest. Ergo et hic maior creditorum pars minores dissentientes vincere haud quaquam potest, quippe qui, si debitoris bona sufficiunt, ius quaesitum in illis habent, quod illis sub specie coactae transactionis et remissionis nullo modo diminuendum est. a) Datur tamen casus, ubi etiam tum cum debitoris bona ad extinguenda integra debita valerent, unusquisque creditor saltim personalis remissionem





tionem pati cogitur, quandoquidem de tali debitore sermo est, qui gaudet beneficio *competentiae* ut alimenta ipsi necessaria relinqui debeant, veluti *parentes et liberi*, nec non *fratres* atque *sorores* sese convenientes, *maritus et reliqui*, qui ad dotem dandam aut restituendam conveniuntur, *socii a sociis, donatores a donatariis, patroni a libertis conventi, milites*, et illi qui *cessis* olim bonis denuo ob meliorem fortunam conveniuntur etc. b) Cum enim tali casu aut bonum quoddam immobile debitori sit relinquendum aut certa pecuniae summa sit collocanda, ex cuius redditibus debitor inops aliquam saltem alimentorum partem percipiat, haec summa non potest non a singulis creditis pro rata detrahi c) ita tamen, ut creditoribus hypothecariis suo pignori insistentibus, tale onus creditores personales solum suscipere debeant. Maxime autem III. tale pactum contrahitur cum debitore ad solvendum inidoneo, ita ut hoc casu secundum regulas infra propositas etiam creditores dissentientes et inviti, si maior pars consentiat, talem conditionem accipere teneantur. Neque aliquod discrimen statuendum esse puto inter debitorem calamitatibus sine propria culpa lapsum, bonis cedentem, et eum, qui luxu, levitate animi, fraudibus et dolo malo, tale aes alienum contraxit, alias beneficio cessionis indignum. Admittuntur enim hodie saltem in Germania haud raro etiam debitores culposi aut dolosi ad cessionem bonorum, quoniam creditores plerumque arrestum debitoris personale pertimescunt et malunt eo, quod in ipsius bonis est, contenti esse, quam debitorem arresto constrictum diutius tenere ob expensarum aliarumque difficultatum onus ipsis incumbens. Ergo, quum et pactum remissorium maxime ad creditorum interesse spectet, nullus dubito, testante quotidiana experientia, quin et cum eo debitore tale pactum consensu maioris partis credi-





creditorum possit iniri, d) eoque debitor ab ulteriori arreste persecutione privata liberetur, nisi quod interdum ob negligentiam supinam falsa et fraudes vere tales, a Iudice ex officio poena corporali carceris aut ergastuli ad aliquod tempus possit affligi.

- a) BOEHMER l. c. §. 8.  
 b) VOETIVS *Comment. ad Dig. tit. de re iud. v. 46.*  
 c) *cit. Project einer Reichsconcursordnung §. 36. dicta egregie illustrant ibi: zu Hebung dieser Competenz soll ein gewisses Capital oder Grundstück aus der Concursmasse vor deren Austheilung genommen werden.*  
 d) Dissentit BOEHMERVS l. c. §. 8. pr. et LEMBEKE l. c. §. 10. sed rectius affirmat, LAUTERBACH §. 35.

### §. VII.

DE TEMPORE, QVO TALE PACTVM INIRI POTEST.

Iniri potest tale pactum variis temporibus. Et quidem I. ante concursum formaliter motum, cuius initium plerumque ponitur in citatione edictali. a) Cum enim primarius huius pacti finis sit, ut damnosus processus cesset, et quae supersunt debitoris bona sine ambagibus et ulteriori dispendio inter creditores dividantur, eoque expensae massam exhaurientes evitentur; ea cautela tam iudici quam creditoribus quam maxime commendanda est, ut quantocius huius pacti fiat tentamen. Quodsi enim usque ad concursum demum formaliter motum et ad terminum liquidationis edictali citatione definitum illud differatur; tum plerumque frustra de illo ineundo agitur, Tum enim iam adest curator bonorum, adest contradictor, oriuntur cum ipsa formali liquidatione lites ex lite, cum animorum exacerbatione, quae omnem conciliationis spem plerumque praeccludit. Quantomagis igitur  
 sua-





suadendum est, ut illud ante citationem edictalem siue ad instantiam debitoris siue creditorum siue proprio motu a iudice tentetur, praefixo ad eum solum finem termino quodam et invitatis per litteras iudiciales creditoribus haecenus notis. Quem in finem edenda est a debitore accurata status activi et passivi specificatio pro re nata iureiurando corroboranda. Si creditorum non indicatorum aliqualis adest suspicio, emitti possunt a iudice litterae notificatoriae in eos locos atque civitates, ubi debitor maximam habuit negotiationem. Eoque modo si nulla amplius superest dolosae recitentiae suspicio, tale pactum etiam sine citatione solenni et edictali cum creditoribus notis credita sua summarie ad liquidum reducentibus ad finem perduci atque a iudice confirmari posse, eo firmiter persuasum habeo, quo magis experientia docet, creditores, qui aliunde status obaerati notitiam haud acceperunt, rarissime citatione demum edictali expergefieri. Quodsi vero superint suspiciones, vel iudex ob gravitatem causae viam tutissimam inire cupit, emitti quidem potest citatio edictalis. Sed nihilominus pactum remissorium etiam ante illam tentari et infringi potest, salvo tamen creditorum ex post comparentium iure, et suspensa executione et divisione bonorum, usque dum terminus praeterlapsus sit. b) II. Porro illud tentari potest post concursum formaliter motum in ipso termino liquidationis solenni. Quo casu utiliter citationi etiam ea inseritur clausula, ut creditores sese ad huius pacti tentamen praeparent et satis instructi compareant illius mandatarii. Denique III. illud interdum contrahitur demum post sententiam classificatoriam iam publicatam, immo rem iudicatam. Quamvis enim de re iudicata nulla amplius obtineat transactio proprie talis, valet tamen pactum remissorium, quoniam hoc modo saltem executio et divisio bono-





bonorum interdum acceleratur, unde variae exoriri potuissent novae lites. Sed hoc casu nullus creditorum ad tale pactum ineundum cogi potest, neque post sententiam publicatam maior creditorum pars consentiens minori dissentientium parti praedictum inferre potest. c)

a) in Patria nostra pacta remissoria ab initio statim coram Deputatione a Perillustri Senatu ordinata tentari possunt, antequam cauta ad Iudicium ordinarium remittatur. v. Decret. de 15. Dec. 1717. in der Samml. der Additionaldekrete p. 406. *ibid.* sollen alle solche Falliment-Sachen vor einer besondern Raths-Deputation anfaenglich tractiret, und wann die saemmtliche Glaubigere untereinander einig, aueh der Accord ohne laengern Aufenthalt, etwan in 2. 4. oder 5. Conferenzen und etlicher Wochen oder Monat Zeit, voellig zur Endschaft gebracht und beygelegt. Sobald aber nur der Sachen Bewandnuß zu spüren, daß dieser Zweck nicht zu erreichen, sondern die causa zu separiren, und dieser oder iener Punct nicht coram Deputatione, sondern gerichtlich tractiret werden müsse, lieber in Zeiten abgebrochen, und die ganze causa ad Iudicium verwiesen werden.

b) Etiam in Patria nostra conciliari interdum potest pactum remissorium sine Citatione edictali coram Deputatione a Perillustri senatu ante solemnis processus initium ordinata. Sed sapientissime creditoribus pacifcentibus cautio iniuncta sequentem in modum per Decretum de 15. Dec. 1717. in der Sammlung der Addit. Dekrete p. 407. soll man die Citation ohne erhebliche Ursache niemals unerlassen; wann aber ja es das Ansehen gewinnen wolte, daß deswegen weder die Creditores, noch das Publicum etwas zu besorgen. diese Vorsicht gebrauchen, daß an die ausheimische Creditores die Falliment-Sachen per litteras notificiret, und mit deren Vollmacht jemanden alhier zur Unterhandlung begeben, mitbin diese glaubhaft ad acta gebracht werden, und daß die saemmtliche Creditores sich ebenfalls sub hypozeca verbindlich declariren, daß sie vor allen ex omiffa citatione entstehenden Schaden





den hasten, und denen, so sich hierüber graviret zu seyn erwachten werden, zu Rechte stehen wollen.

c) BOEHMER I, c. §. 19. 20. 21.

### §. VIII.

#### DE STATV ACTIVO CREDITORIBVS PROPONENDO.

Quocunque autem tempore pactum remissorium tentetur, ante omnia etiam status bonorum activus, quantum quidem pro variis circumstantiis possibile est investigari et creditoribus comparentibus seu ex debitoris consignatione seu ex inventario publico iam de bonis condito clare proponi debet, quod plerumque vocatur, *der Zahlungsplan*. Id iudices, actuarii et curatores massæ plerumque negligunt. Invitant creditores ad pactum remissorium tentandum, et cum illi statum bonorum exquirunt, tum haeret aqua, et creditores tali incertitudine a feriis declarationibus deterrentur. Ita autem formari debet status bonorum activi calculus, ut indicetur 1.) integra bonorum legitime taxatorum aestimatio et summa 2.) quantam summam massâ deductis rebus incertae aestimationis et activis illiquidis, deinde et expensis ad causam finiendam probabiliter necessariis vere efficiat, denique 3.) conferatur creditorum summa et 4.) demonstretur quota, quae ab unoquoque creditore remitti debeat, si causa via amabili terminari velit, secundum formulam sequentem.





|  |           |
|--|-----------|
| Das Activermoegeen des Caji betraegt nach dem Inven-<br>tario          | 12000 fl. |
| Hingegen waeren vorlaeufig davon abzuziehen un-<br>sichere Activposten | 1900      |
| Unkosten, welche bis zu gaenzlicher Berichtigung<br>aufgeben koennen   | 100       |
|  | 2000      |
| Es kann also nicht mehr zum Grund gelegt werden als                    | 10000     |
| Hingegen belaufen sich sämtliche Schulden auf                          | 16000     |
| Darunter Pfandschulden   | 4000      |
| und gemeine Personalschulden   | 12000     |
|  | 16000     |

Wenn demnach die Summe der hypothecarisch. Gläubiger & die sich in das pactum nicht einzulassen schuldig wieder von der Vermögenssumme &

|      |       |
|------|-------|
| 4000 | 10000 |
| 6000 |       |

abgezogen wird, so verbleiben nur noch welche den personal Creditoren, die zusammen 12000 fordern, zufilen. Es könnte also ein pactum remissorium füglich erzielt werden, wenn jeder dieser Creditoren 50. von 100 fl. nachlassen würde. Was in der Folge von den unsichern Activposten noch einkommt, müßte also pro rata nachher ausgetheilt werden. Z. E. wenn sich noch 200 fl. weiteres reines Activermögen in der Folge ergibt, so fällt auf jedes 100 noch 1 fl. 40. kr.

## §. IX.

DE FORMA PACTI REMISSORII ET I. CONSENSV CREDITORVM.  
Pertinet ad formam huius pacti I. Consensus creditorum, quorum interesse solum hic subvertatur. Si omnes consentiunt, tum nullum de valore illius superesse potest dubium, quo-



quoniam quilibet debitum libere remittere, et pactum de non petendo inire potest. Sed multo difficilior est ille casus, cum, ut plerumque contingit, nonnulli creditores dissentiunt. Spectant huc leges nonnullae notatu dignae quarum verba prius alleganda, deinde observationibus quibusdam illustranda sunt. Et quidem **VLPIANVS** l. 7. §. 17. D. de pactis ait: *si ante aditam haereditatem paciscatur quis cum creditoribus, ut minus solvatur: pactum valiturum est.* §. 18. *Sed si servus sit, qui paciscitur, priusquam libertatem et haereditatem adipiscatur, quia sub conditione haeres scriptus fuerat: non profuturum pactum, Vindius scribit. Marcellus autem libro decimo octavo Digestorum et suum heredem, et servum necessarium pure scriptos, paciscentes, priusquam se immisceant, putat recte pacisci, quod verum est. Idem et in extraneo haerede: qui si mandatu creditorum adierit, etiam mandati putat eum habere actionem. Sed si quis, ut supra retulimus, in servitute pactus est, negat Marcellus: quoniam non solet ei proficere, si quid in servitute egit, post libertatem: quod in pacti exceptione admittendum est. Sed an vel doli ei profit exceptio, quaeritur. Marcellus in similibus speciebus, licet antea dubitavit, tamen admisit: Ut puta filiusfamilias, haeres institutus, pactus est cum creditoribus, emancipatus adiit haereditatem: et dicit, doli eum posse uti exceptione. Idem probat, et si filius vivo patre cum creditoribus paternis pactus sit: nam et hic doli exceptionem profuturam. Imo et in servo doli exceptio non est respuenda.* §. 19. *Hodie tamen ita demum pactio huiusmodi creditoribus obest, si convenerint in unum, et communi consensu declaraverint, quota parte debiti contenti sint: si vero dissentiant, tunc praetoris partes necessariae sunt, qui decreto suo sequetur maioris partis voluntatem. Porro in l. 8. D. l. c. PAPIANVS ait: Maiorem esse partem, pro modo debiti, non pro numero personarum placuit. Quod si aequales sint in*  
*cumulo*





cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum praefendus est: in numero autem pari creditorum auctoritatem eius sequetur praetor, qui dignitate inter eos praecellit: sin autem omnia undique in unam aequalitatem concurrant humanior sententia a praetore eligenda est: hoc enim ex Divi Marci rescripto colligi potest. Et PAULVS l. 9. D. ibid. Si plures sint, qui eandem actionem habent, unius loco habentur. Ut puta, plures sunt rei stipulandi, vel plures argentarii, quorum nomina simul facta sunt: unius loco numerantur; quia unum debitum est. Et cum tutores pupilli creditoris plures convenissent, unius loco numerantur: quia unius pupilli nomine convenerant. Nec non et unus tutor plurium pupillorum nomine unum debitum praetendentium, si convenerit, placuit unius loco esse: nam difficile est, ut unus homo duorum vicem sustineat: nam nec is, qui plures actiones habet adversus eum, qui unam actionem habet, plurium personarum loco accipitur. 1. Cumulum debiti et ad plures summas referemus, si uni forte minutae summae centum aureorum debeantur, alii vero una summa aureorum quinquaginta: nam in hunc casum spectabimus summas plures: quia illae excedunt in unam summam coadunatae. 2. Summae autem applicare debemus etiam usuras. Nec non VLPPIANVS in l. 10. ibid. Rescriptum autem Divi Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant convenire. Quid ergo si quidam absentes sint? num exemplum praesentium absentes sequi debeant? Sed an et privilegariis absentibus haec pactio noceat, eleganter tractatur, si modo valet pactio et contra absentes. Et repeto, ante formam a Divo Marco, datam, Dicum Pium rescripsisse, fiscum quoque in his casibus, in quibus hypothecas non habet, et caeteros privilegarios exemplum creditorum sequi oportere. Haec enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent, conservanda sunt. Cum quibus conspirant leges supra iam passim citatae.





## X.

## CONTINUATIO.

ORIGO PACTI PRAEIVDICIALIS MAIORIS PARTIS  
CREDITORVM ET RATIO.

De origine huius pacti maioris partis creditorum etiam minorem dissentientium partem obligantis, quod vocant praeiudiciale, Doctores frustra desudarunt. Sunt nonnulli, qui ante rescriptum MARCI Imperatoris tale pactum praeiudiciale existitisse dubitant. a) Quum vero in citata l. 10. D. de pactis ante constitutionem divi MARCI iam alterius rescripti de eisdem pacti vi obligatoria, cuius divus PRVS auctor traditur, mentio fit, deinde etiam SCAEVOLA in l. 44. D. de pactis et l. 59. D. de adm. et peric. tut. de tali pacto per maiorem partem creditorum contracto et caeteros obligante tanquam de iure notorio agit, sequitur illud iam ante D. Marcum usu introductum fuisse. b)

Difficilior est genuina illius ratio investiganda, de qua omnes mihi scriptores noti desperant, aut praeter generale aequitatis fundamentum nil proferunt. Cum enim alias naturali rationi conveniens sit, suum cuique factum pactumque non alteri nocere c) inde, quando universitas aliquid decernit, maiora haud valeant, quando quidem fermo est de negotio, quod singulos ut singulos concernit, sed id a singulis, qui interesse habent, probari debeat d) noster sane casus pacti remissorii a reliqua iuris analogia quam maxime desistere videtur. Ego vero genuinam huius exceptionis fundamentum in analogia legis Rhodiae de iactu latere existimo. Sicut enim aequum est, dominum mercium earum, quarum onere navis, cum undis et ventis colluctans nimis premitur et interitus periculo exponitur, illarum eiectionem pati debere, ut levata nave reliquae  
merces





merces alias probabiliter simul periturae ferventur, modo omnes ad damnum illud refarciendum pro rata sua contribuant; ita quoque in eo casu, quo massa debitoris praesens pacto remissorio fervari potest ab ulteriori iactura, quam per ulteriores processus expensas aliosque casus necessario pateretur, similiter quam maxime aequum est, creditorum partem minorem dissentu suo ac irrationali animi obstinatione, qua ne dicam nihil lucraretur, sed tam sibi, quam omnibus creditoribus maximum inferret praesudicium, tale pactum impedire haud posse. Neque leges supra citatae ad casum unicum, cuius ibi mentio fit, quando nempe creditores cum haerede defuncti debitoris tale pactum ineant, restringi debent, uti quidem nonnullis visum est, e) sed generaliter illarum ratio ad omnes reliquos casus spectat, ubi creditorum ullo modo interest, tale pactum iniuri.

- a) CUIACIUS ad l. 7. §. ult. D. de pactis. BACHOVIVS ad tit. de pactis cap. de personis. n. 2.  
 b) LAVTERBACH l. c. §. 6. NOODT tr. de pactis c. 21.  
 c) l. 27. §. 4. D. de pactis l. 74. D. de R. I.  
 d) l. 11. D. de serv. praed. rust.  
 e) per tot. v. WERENBERGII Diss. cit.

### §. XI.

DE MAIORI CREDITORVM PARTE, ET QVI SVBINTELLIGANTVR.

Ex allegatis legum verbis satis superque constat, valere tale pactum a maiori creditorum parte initum adeo, ut et minorum dissentientem numerum obliget et vincat. Sed computatur maioritas i.) secundum quantitatem et summas creditorum, ita, ut unicus creditor, cui debentur 2000 floreni, vincat tres alios creditores, quorum quisque tantum 500 florenos,



renos, omnes vero simul non nisi 1500 exigunt, quod non solum leges citatae innuunt, sed et IVSTINIANVS Imp. in pacto moratorio per leg. ult. C. qui bon. ced. pass. observari iussit. Ad quantitatem autem creditorum referuntur quoque usurae. 2) Tum vero maioritas e numero aestimatur creditorum, quando quidem utrinque paritas summae adfit, sed ab alterutra parte maior stet creditorum numerus, ita ut si e. g. tres creditores 1500 florenos exigent et pactum remissorium optarent, ex altera vero parte duo eandem summam 1500 florenorum exigentes, adessent, prior pars pro maiore censi deberet. Computatur autem hoc casu numerus creditorum secundum capita, et actiones simul. Igitur, cum unus creditor diversa credita habet, non nisi pro una persona habetur, idque et tum obtinet, quando unus tutor plurium tutelarum diversas actiones habentium nomine agit, ubi tot personae, quot sunt tutelarum, merito numerantur. Porro, cum plures eadem tantum actione creditum exigunt, aut cum tutor plurium pupillorum nomine unum debitum exigentium agit, hi pro una tantum persona habentur. 3) Si creditores et debiti quantitate et personarum numero sunt pares, illorum pars praefertur, qui dignitate praecellunt, quae tamen dignitatis praerogativa irrationalis hodie vix statui poterit, 4) quodsi vero et paritas dignitatis adfit, tum humanior observatur sententia, quae nempe pactum remissorium fovet. Ergo quantitas debiti vincit numerum, numerus dignitatem, dignitas humanitatem, humanitas aequalitatem. a) Obligat hoc pactum 1) etiam eos creditores, qui quidem a iudice citati sunt, sed in iudicio non comparuerunt, et *absentes* fuerunt. Si creditores praesentes maiorem partem efficiant; tum nullum superesse dubium potest, quin et *absentes* vincantur, eo quod, si praesentes dissensissent, *prioribus*





bus tamen cedere debuissent. Quodsi vero absentes citati vel soli vel cum dissentientibus praesentibus maiorem partem constituent, tum dubia est resolutio, quoniam l. 10. D. de *paētis* hanc quidem in medium profert quaestionem, sed indecisam relinquit. Nos tamen hoc casu minorem praesentium partem absentes vincere neutiquam statuere possumus. Merito enim absentes in dubio habentur pro dissentientibus. Ergo si maiorem constituent partem, a praesentibus consentientibus vinci haud possunt. 2.) obligantur porro pacto maioris partis etiam creditores, *privilegio personali* gaudentes, qui alias in quartam classem in concursu locantur. Quamvis enim ob inaequalitatem iuris durum hoc videri possit, deinde Ictus PAVLVS in lege cit. 58. §. 1. D. *mand.* contrarium statuere et privilegiatos dissentientes obligare haud videtur, cuius etiam sententiam nonnulli amplectuntur Icti nostrates b), tamen l. cit. 10. D. de *paētis*, verbaque VLPiani privilegiatos quoque claris verbis huic necessitati subiiciunt. Deinde probabile mihi videtur Paulum l. c. intelligere non privilegium personale, sed potius reale, cui omnino maior creditorum infirmiorum pars sententia sua praeiudicium inferre non potest. Nostra quoque sententia plerumque Praxi est recepta c). Nec non 3.) creditor *cambialis* nisi vel pacto vel statuto iure hypothecae gaudeat, d) denique 4.) et illi creditores, qui in quibusdam debitoris bonis ARRESIVM iam impetrarunt, utpote quod iure communi nullam tribuit hypothecam.

a) LAVTERBACH l. c. §. 26.

b) MEYVS Diss. de *levam. inop. deb.* c. 3. n. 178.

c) LAVTERBACH l. c. §. 48. BERLICH P. II. decis. 241.

d) RICCIUS *Exercit. iur. camb.* XIII. §. 6. Id multo magis iure Norico statuendum, cum secundum decretum de 1. Dec. 1713. *creditoribus cambialibus* ne quidem clausula hypothecae profit: *es waere*

*decis*



denn das selbige gerichtl. oder vor zweyen sich eigenbaendig unterschreibenden und den Wechselbrief besiegelnden. Genannten des groesern Raths erzeugt werden.

8) MEVIVS de arrestis c. 15. n. 14. CLAPROTH *summar. Proc.* p. 163. dissentit BOEHMER l. c. §. 9.

Iure Norico gaudent privilegio personali. Ref. t. XXII. Gef. II. Decret. de 12. Apr. 1636. apud Lahnerum p. 245. quoniam vero secundum leges Noricas infra allegatas privilegiati pacto praedudiciali maioris partis stare haud tenentur, idem de illis, qui arrestum impetrant, praedicari poterit.

## §. XII.

### MINIME VERO HYPOTHECARIOS OBLIGAT.

Minime pactum praedudiciali maioris partis creditorum hypothecariis sive simplici sive privilegiata hypotheca sive absoluto praelationis iure praeditis quamvis minoribus praedudiciali inferre potest. Cum enim generatim in quovis casu, ubi analogia legis Rhodiae de jactu observari vult, adesse debeat aequalitas periculi, merito ea in pacto quoque praedudiciali requiritur. Iam vero hypothecarii non solum creditores personales antecedunt, sed et inter sese ipsos locum habet prioritas temporis aut praerogativa privilegii, ut ab uno alteri ius quaesitum eripi non possit. Dantur tamen hic etiam quaedam exceptiones. 1) si concurrunt hypothecarii pari iure, prioritatem aut praerogativa gaudentes, tum ob eandem periculi aequalitatem maioris partis creditorum hypothecariorum consensus similiter reliquos vincit, qui simili iure gaudent. 2) Id multo magis obtinet, si minores dissentientes inferiori iure reali praediti sunt, consentientes vero et maiorem partem efficientes gaudeant iure reali potiori, priori, aut absoluto praelationis privilegio. In utroque tamen casu supponendum est, periculum adesse et bona ad omnia debita,





bita, hypotheca munita, extinguenda non sufficere. Quod si enim massa sufficit, tum ne quidem per maiorem hypothecariorum aequalium aut potiorum numerum reliquis hypothecariis licet inferioribus praeiudicium inferri potest 3) si major pars hypothecariorum aequalium aut potiorum cum creditoribus simplicibus consentit, tum ob eandem rationem et minor hypothecariorum aequalium aut inferiorum pars cedere debet, modo bona omnibus hypothecariis haud sufficiant. Contra vero 4) si minor pars hypothecariorum etiam aequalium aut potiorum cum creditoribus simplicibus consentit et conjunctione majoritatem efficit, illud reliquis hypothecariis majoribus nullo modo praeiudicare potest, quoniam alias creditores simplices collusionibus et aliis artibus facile unum alterumve hypothecarium ad suas partes trahere possent, in reliquorum fraudem. Denique 5) etiam si pactum creditorum simplicium hypothecariis nocere haud possit, illud tamen eos ipsos inter se obligat et omnino constringit, si maioris partis consensu in initum est.

Quoniam vero ob eas ipsas hypothecariorum difficultates et contradictiones pactorum remissiorum complurium tentamina frustrantur, iudici omnino incumbit, omnibus viribus eo adniti, ut et hypothecarios ad aliqualem et minoris saltem quotae remissionem persuadeat. Esset etiam materia perscrutatione legislatorum digna, ut regulae faciliores efficacioresque pactis remissioriis contrahendis, et conciliandis inservientes invenirentur, quem in finem lectu et imitatione dignissima sunt, quae de hac re statuunt leges *Hamburgenfes* a) et *Brandenburgicae* recentiores b) etiam hypothecarios secundum prudentes proportionis regulas quodammodo constringentes, quarum tamen ulteriorem explanationem ad aliam occasionem reservare cogi-





cogimur. De debitoris consensu solliciti haud sumus, cum dubitari vix possit, quin tale pactum dissentiente quoque debitore communi inter ipsos creditores ob proprium interesse contractum valeat.

a) *Hamburgische Fallitenord.* 1753. a. 48 sq.


b) *Corpus iuris Fried.* Berlin 1781. 1. Buch. 2. Theil. p. 357.

### §. XIII.

#### II. REMISSIO IPSA.

Pertinet II. ad pactum hocce ipsa remissio creditorum. Nempe regulariter necesse est, ut a creditoribus consentientibus remittatur quota certa et uniformis, ut ad eandem proportionem redigi quoque possint creditores dissentientes, e. g.  $\frac{1}{3}$   $\frac{1}{4}$   $\frac{1}{5}$   $\frac{1}{6}$  aut ut praxi plerumque exprimitur 10 aut 20 aut 30. de 100. a) Sed necesse est, ut casus occurrentes eo distinctius hic explicemus, cum plerique eos aut plane praetermittant aut leviter tantum attingant. 1.) si omnes creditores in pactum remissorium consentiunt, et unusquisque non quotam, sed quantitatem sive aequalem sive inaequalem remittat e. g. A remittit 60 fl. B. 70. C. 73. D. 24. tum de valore pacti non dubitandum est. Si vero quidam dissentiant, tum pactum tali casu vix effectum habere potest, quoniam certa proportio remissionis, cui et dissentientes minores subiiciantur aut plane deficit, aut saltem non nisi cum maxima difficultate computari posset, praesertim si magnus adest creditorum numerus. 2.) si creditorum pars maior in pactum remissorium consentit et remittit quidem quotam uniformem, sed non aequalem (*wenn die Nenner des Bruchs von einerley Zahl, aber die Zaehler verschieden sind*) e. g. A. B. C. remittunt  $\frac{1}{10}$ . D.  $\frac{2}{10}$ . E. F.  $\frac{3}{10}$ . G. H. I. K.  $\frac{4}{10}$ . L. M.  $\frac{5}{10}$ . aut quod idem est respectue 10. 20. 30. 40. 50. de





de 100, tum LAVTERBACHIVS eam sententiam praeferendam esse putat, quae a pluribus lata est, ita ut in dato exemplo sententia creditorum G. H. I. K.  $\frac{4}{5}$  remittentium etiam reliquos in pacto quidem, sed non summa consentientes minores obligaret b), sed ex nostra sententia contra iuris et aequitatis rationes, quoniam eo modo creditores interdum levissimae conditionis reliquis maximum inferre possent praedictum. Alii vero tale pactum nullo plane modo sustineri posse credunt. c) Nos vero potius eam sententiam, quae mediam summam fovet, reliquos et omnes obligare, eumque in finem illam secundum regulas arithmeticas computari debere putamus, ita ut in dato casu remissio summae  $\frac{4}{5}$  reliquos omnes obligaret. 4.) Si maior creditorum pars in pactum, sed sub quotis plane difformibus (*wenn Zaehler und Nenner des Bruchs ungleich sind*) e. g. A. B. C. remittit  $\frac{1}{2}$ . D. E.  $\frac{1}{3}$ . F. G. H. I.  $\frac{1}{4}$  tum idem principium observandum puto, ita ut hoc casu media sententia, quae facta computatione efficeret  $\frac{1}{3}$ , intuitu omnium obtineret. Ne tamen computationibus difficilibus causa protrahatur aut obscura reddatur, iudex omnibus laborare debet viribus, ut creditores ad quotam uniformem et aequalem conciliet, quem in finem nil melius est, quam si iudex ipse accuratum bonorum calculum modo supra delineato conficit, eumque creditoribus proponit. Immo si summa media non nisi per particulis nimis minutis exprimi posset, eligi potest a iudice rotundus mediae circiter summae numerus et confirmari, e. g. in casu supra memorato loco  $\frac{1}{3}$ , pro basi poni possunt  $\frac{1}{2}$ . 5.) in duobus casibus proxime expositis supponendum tamen aequae ac in reliquis, massam debitoris mediae summae praestandae sufficere. Quodsi enim illa eo usque non pertingit, tum effectum non habere potest pactum, nisi denuo ad ulteriorem remissionem credi-



creditores sese paratos declarent, 6) quodsi massam redditus atque iustificatis curatoris rationibus plus continere posteaprehenditur, quam quidem ad solvendam summam creditorum, quae deducta remissionis quota superest, requiritur, tum pecuniam eam superfluum itidem et secundum eandem proportionem, qua pactum initum est, inter creditores distribui debere ego haud dubito, nisi in favorem tantum debitoris remissio facta sit, ut illi aliquid relinquatur, id quod numquam praesumi potest, sed a creditoribus expresse declarandum est. Alias residuum omnino exigere possunt, quoniam regulariter remissio quotae cuiusdam ea solum sit opinione, quod massa ulterius non contineat.

- a) LAVTERBACH I. C. §. 38. BOEHMER I. C. §. 10.  
 b) LAVTERBACH §. 21.  
 c) LEMBKE I. C. P. 10.

#### §. XIV.

#### III. CONFIRMATIO IVDICIS.

Denique III. necessaria est iudicis auctoritas et confirmatio. Opus enim est secundum l. 7. §. 19. D. de pactis, Praetoris Decreto. Quae confirmatio in pacto praeiudiciali, quo et dissentientes coguntur, omitti plane non potest, sed ad formam et valorem illius requiritur, quoniam tale pactum nil aliud est, quam species transactionis imperatae. a)

- a) BOEHMER §. 12. FRATUM BECMANNORVM Conf. T. I. Dec. 18. p. 272. vid. den Nürnbergischen Rathsverlass de 4. März. 1669. in der Samml. der Addit. Dekrete p. 395. Auf Verlesung E. S. \* \* Müllers auf der D \* \* übergebenen Berichts und Birzschrift, auch beygelegten Protocolls, den mir des P. B. O. \* \* Glaebigern getroffenen Accord betreffend, ist befohlen, dem ebedessen in Falliment Sachen ergangenen Verlass gemachs, so hiebey wiederholet, und pro perpetua norma in diesen und dergleichen Faellen stabiliret





ret wird, die P. B. O. \*\* creditores anzuweisen, ihren mit dem S\*\* eingegangenen Vergleich persönlich, und in desselben Gegenwart, vor öffentl. Stadtgericht an - und in einen feermlichen Recces zu bringen.

### §. XV.

#### DE EFFECTV HVIVS PACTI.

Effectus pacti remissorii sequentes notari debent. 1.) Liberatur debitor ab ulteriori persecutione etiam arresto, quo forsitan instantibus creditoribus affici potuisset, quod et adversus creditores cambiales affirmandum est, quorum iura specialia existente concursu sistuntur a). 2.) Creditores non solum id, quod deducta remissionis quota sibi reservarunt, sed et reliqua bona, quae ex post redditis rationibus in massa deprehenduntur, regulariter exigere possunt, nisi solum in debitoris favorem pactum inierint. 3.) Num vero Creditores sive in pactum consentientes sive dissentientes victi postea debitorem ad meliorem fortunam aspirantem adhuc convenire possint, maxime dubium est, nonnullis Ictis ulteriorem conventionem concedentibus, b) plerisque autem negantibus. c) Nos autem ex rationibus supra deductis, et quod tale pactum plerumque non nisi ipsorum creditorum causa contrahatur, merito aequiora affirmantium castra sequimur, nisi expressis verbis tale pactum inierint in debitoris favorem et ulteriori exactioni renunciaverint, quoniam quodvis pactum secundum paciscentium intentionem interpretationem recipit.

a) RICCIUS *Exercit. iur. camb. XVII. f. v.*

b) BERLICH P. II. *decis. 245. n. 1. sq.* idque etiam mandato sax. adv. Banco - rupt. Cont. Cod. Aug. P. II. p. 933. statutum.

c) LAVTERBACH l. c. t. act. VOETIVS *rit. de pactis §. 2B.* id quod et de dissentientibus negat LEMBE §. 13.

### §. XVI.



## §. XVI.

PRAXIS HVIVS PACTI CONFIRMATVR TESTIMONIIS DOCTORVM  
ET PRAEIVDICII SVMMORVM IMP. TRIBVNALIVM.

Quae haecenus exposita sunt iuris principia de pacto remissorio praefertim praeiudiciali, ea Praxi obtinere, non solum docent Icti primi ordinis a) sed etiam praeiudicia summorum Imperii Tribunalium. b)

a) BERLICH Dec. P. II. dec. 238. et 241. MEVIVS in *Discuss. de lev. deb. c. 3.* VOETIVS *Comment. ad Dig. tit. de pactis §. 27 sq.* LAVIERBACH in *cit. Diff. per tot.* BOEHMER *Diff. cit. per tot.* BROCKES *obsf. 395.* CANNEGIESER *Decif. Cassellanae P. II. dec. 172.* CLAPROTH *Einleitung in den Concursproc. p. 18.*

b) de CRAMER in *observ. iur. univ. T. I. obsf. 364.* DIEDRICH in *quatuor process. iud. Imp. Aul. §. 48.* MOSERS *Tr. vom Reichsstaendischen Schuldenwesen. P. I. p. 656.*

## §. XVII.

LBES NORICAE DE PACTO REMISSORIO.

Denique addamus, quae patriae leges de pacto remissorio statuunt. Reformatio Norica tit. XII, lege 7. pactis remissoriis minime favet, et statuit, maioris partis consensum partem minorem cogere nullo modo posse ad eandem conditionem accipiendam, quamvis moratorium plurium consensu contractum reliquos etiam obligare debeat, nullam tamen crediti diminutionem passuros, verbis: *Es soll kein Glaebiger wider seinen Willen gedrunge werden, in einigen Vertrag anderer Glaebiger, wie viel deren in der Zahl waeren, oder wie hoch sich ihre Schulden erstreckten, zu bewilligen, oder nachzufolgen. Es waere dann, das ein sündtigger oder sonst ein gegenwaertiger Schuldner auf Erforderung aller seiner Glaebiger oder von dem mehrerem Theil*





*Theil derselben ein Aufschub und Frist zu der Bezahlung mit oder an Nachlassung eines theils der Schulden erlangt haette, im selben Fall soll der weniger Theil, iedoch unvermindert ihrer Schuldsumme und allein die bedingte Fristen bis in fünf Jahr und laenger nit aufgebührende Versicherung anzunehmen schuldig seyn.*

Cuius dispositionis odiosae originem inde trahendam esse mihi videtur, quod Interpretes antiquiores et Glossatorum nonnulli quam maxime odiosam censuerint pacti praeiudicialis indolem, idque ultra casum specialem in l. 7. D. de pactis expressam haud extendendum esse putaverint. a) Sanior autem fuit Interpretum recentiorum philosophia, ex quo experientia docuit, pacta remissoria non tam in debitoris quam potius ipsorum creditorum favorem tendere, ut praescindantur lites immortales, sumtuosae, atque commercii infestae. Hinc etiam in Patria nostra argentibus praecipue mercatoribus b) lex illa Reformationis Noricae decreto Perillustris Senatus Norimbergensis de 27. Nov. 1634. in eam rationem abrogata et emendata est, ut pacta remissoria maioris partis consensu inita reliquos etiam obligent. Cuius Decreti sapientissimi tenor sequens est:

*Nachdem E. E. Rath bishero zu verschiedenenmalen die Marksvorgebere mit und neben vielen andern Kauf- und - Handelsleuten alhier nicht allein, vermittelst einer vor diesem überreichten ausführlichen Supplications- Schrift, sondern auch hernach durch wiederholte Erinnerungen, mit Anführung vieler unterschiedlichen Gründe und Ursachen, auch Anzeigung sonderbarer Exempel, unterthänig zu erkennen gegeben, wasmassen bey denen, wegen der so lange währenden höchstbeschwerlichen und Landverderblichen Kriegsläusten, je mehr und mehr herfürbrechenden Fallimenten sich gemeiniglich ereigne, dasz, wann der meiste Theil der Glaubigere, aus redlichen Ursachen, mit ihren Schuldnern entwe-*  
der



der wegen der Nachwart oder eines gewissen Nachlasses solchergestalt sich verglichen, das dadurch zuvorderist die interessirte Glaubigere insgesammt, wo nicht völlig, doch guten Theils zu ihrer ausständigen Schuldforderung gelangen, benehst auch die Schuldner bey ihrer Nabrung erhalten, die Schulden durch sie füglich eingebracht, und die Güter mit mehrern Nutzen verwaltet, und also der weitläufige und kostbare Curations - Process erspabret werden könnte; gleichwol etliche wenige widersinnige Glaubigere, ja gar einzige Personen, mit Behelf des im 7ten Gesetz des 12ten Tituls hiesiger Stadtreformation befindlichen Statuti und Verordnung, das nemlich kein Glaubiger in einigen Vertrag anderer Glaubigere, wie viel auch deren an der Zahl wären, oder wie hoch sich ihre Schulden erstreckten, zu bewilligen oder nachzufolgen schuldig seyn solle, sich bisher unterstanden, dergleichen gemachten Accord, nicht aus rechtmäßigen erheblichen Ursachen, sondern entweder aus Neid oder Rachgier, oder den Schuldner solchergestalt zu einem sonderbarlichen Neben-Accord zu bezwingen, allerdings zu verhindern und umzustossen, daraus dann oftmals erfolget, das die Schuldner zu Entziehung der Execution sowohl vider ihre Person, als auch ihre Haab und Güter aufgetrieben, und mit aller ihrer Baarschaft, besten Mobilien und Effetti in fremde Herrschaften verjagt, ihre Schulden, aus Mangel ordentlichen Sollicitirens, meistens uneingebracht geblieben, die übrige Waaren und Fahrnißen mit Schaden und Gefabr verkauft, auf unterschiedliche Weis und Wege grose verderbliche Unkosten aufgewendet, und also die Glaubigere um das übrige allerdings gebracht worden; welches Unheil dann zu verhüten Eingangs gedachte Marksvorgebere und Handelsleute unterthänig gebetten, auf solche erspriessliche Mittel und Wege von Obrigkeitsoegen bedacht zu seyn, damit inskünftige in den Schuldsachen und ausgebrochenen Insolventien dergleichen eigenwilligen, hinderlichen und verderblichen Beginnen und Widersetzen





etlicher vweniger Glaubigere ex officio gesteuert, und obangezogenen  
 Behehl aus hiesiger Stadt Reformation ihnen benommen werden  
 mögte; als hat E. E. Rath, auf reise der Sachen Berathschlagung  
 und in Betrachtung, dasß sovvoll den gemeinen beschriebenen Rech-  
 ten und der Billigkeit gemäß, als auch fast in allen andern vor-  
 nehmen und berühmten Handelsstädten gebräuchlich, dasß der vve-  
 nigste Theil der Glaubigere dem meisten Theil derselben in äergleich-  
 en Falliment - Sachen nachzufolgen schuldig, und hingegen ganz  
 unbillig, dasß einem oder etlich vwenigen Glaubigern vorherührter  
 schädlicher Widerwill, oder auch die neben gesuchte Vortheil-  
 haftigkeit zu aller anderer mit interessirten Creditorum Schaden  
 und Beschwerlichkeiten, nachgesehen und gestattet werden solle,  
 ferners nicht umgehen können, zumalen bey jezigen schweben und  
 den Commerciën sehr schaedlichen Kriegslaeufften, obangezogenes, so  
 oft und viel mißbrauchtes Statutum hiemit, Kraft Obrigkeitlichen  
 Amts, solchergestalt abzuthun und aufzuheben, und hingegen zu  
 verordnen: Dasß nunmehr und hinfüro in fürsfallenden Falliments-  
 und Accords - Faellen, der vwenige Theil der Glaubigere, so  
 nicht nach Anzahl der Personen, sondern nach Größe der Schuld-  
 summa zu verstehen, ihren andern Mit - Creditoribus nachzufolgen,  
 und dem vom meisten Theil derselben mit dem Schuldner gemachten  
 Accord, es treffe gleich selbiger einen gewissen Nachlaß der Sum-  
 men oder eine bestimmte Dilation der Zeit an, gleichfalls einzu-  
 villigen schuldig, und mit einem vwidrigen Beginnen oder unzei-  
 tiger Verfolgung des Schuldners, andere an ihren accordirten Bezah-  
 lungsmitteln, in einigerley Weise zu hindern, keineswegs befugt  
 seyn solle; jedoch solle darbey nachfolgende Erklaerung und Be-  
 scheidenheit mit Fleiß in Acht genommen und gebraucht wer-  
 den als:

Erstli-





Erstlichen sollen unter dem vvenigern Theil der Glaubigere einig und alleine die Personales, und welche ein gleiches oder geringers Recht zu des Schuldners Haab und welche Gütern mit den andern mehrern Mitglaubigern haben, keinesweges aber die hypothecariü und andere, so eine aeltere, oder sonst vorgaengige befreyte Gerechtigkeit auf denselben mit Recht erlanget, verstanden und zu Einwilligung des Accords gehalten seyn.

Zum andern sollen alle und jede Schuldner, so dieser neuen Verordnung theilhaftig werden wollen, bey der Stelle alhier verbleiben, und sich in kein fremd Ort oder Gelait begeben, sondern bey E. E. Rath um sonderbare Protection und sicher Gelait ansuchen, darneben auch eine sonderbare Verzeichnis ihrer obliegenden Schuldenlast, mit Benennung ihrer Glaubigere und derselben Schuldsummen und Verpfaendungen, zugleich mit übergeben, und darauf des Obrigkeitlichen Bescheids erwarten.

Drittens soll der Accord nicht absonderlich bey einem und dem andern Glaubiger, hinterrucks der andern, abgehandelt und practiciret, und folgens die andere dazu genöthiget, sonderu alle und jede interessirte Glaubigere zusammen beruffen, alsdann insgemein mit Vorlegung ihrer Schuldner Handelsbücher wahrhaftige lautere Anzeigung von des Schuldners Vermögen und Schuldenlast daraus gethan, und darauf durch das mehrere auf einen gewissen Nachlaß oder Nachwart geschlossen werden.

Viertens, im Fall der weniger Theil erweisen koemte, das bey des mehrern Theils Bewilligung Gefahr oder Betrug mit untergelauffen, als nemlich, das ewan etliche ihnen noch mehr durch einen besondern Neben-Recess oder Vers. rechen bedingt, oder in andere Wege sich absonderlich versichert, oder auch vortheilhaftig ein mehrers unter den creditoribus; zumalen etliche Scheinglaubigere dargegeben, oder andere dergleichen vortheilhaftigkeit und Betrügerey sich gebraucht hätten; so solle alsdenn besagter weniger Theil selbiges gehöriger Orten für - und anbringen, auch des eingewilligten Nachlasses oder andern Schadens wegen, gegen diejenige, von denen ein - oder der andere faelschlich berecht und zum Accord bewegt worden, sich seines Rechts zu gebrauchen, frey und unbenommen seyn, wie dann auch in dergleichen Faellen, wann es zum gerichtlichen Stand kommen



men würde, wie sonst in Curations - Sachen, auf das schleunigste verfahren werden, und auf des weingern Theils Begehren der mehrere oder ein - und andere aus ihnen, daß es mit dem Accord auf richtig zugegangen, und kein Nebengeding gemacht worden, sich mit dem Eide zu purgiren schuldig seyn solle.

Fünftens, sollen hierbey nur diejenige Schuldner verstanden werden, und dieser Verordnung sich zu gebrauchen haben, welche ohne ihr Verschulden und Betrug, allein auszustandenen beweislichen Unglück in Unvermögen gerathen; wider die andern betrügliche und muthwillige Falliten aber, und die selbst durch Verschwendung, Hoffart oder andere unziemliche Wege die Abnehmung ihrer Güter und Handlung verursacht haben, vwill E. E. Rath nach Beschaffenheit der Sachen, der Rechten und allhieygen Reformation, die gebührende Bestrafung in Acht zu nehmen, und ernstlich zu exequiren nicht unterlassen. Darbey vwill auch schließlich mehrvwohlermeldter E. E. Rath, als die Obrigkeit, Ihr ausdrücklich vorbehalten und bedinget haben, nach Aenderung der Zeit und Laeufen, oder auch inzwischen, nach besindlicher Beschaffenheit der Sachen, in dergleichen Faellen jederzeit der freyen Obrigkeitlichen Hand sich zu gebrauchen. c).

Quae omnia cum iure communi amice conspirare gratulamur, nisi Lectori patrio placuerit duplex differentia 1) quod iure Norico creditores privilegio personali gaudentes hypothecariorum instar tali pacto haud vincantur dissentientes et 2) debitores dolosi aut luxuriosi talis pacti beneficio indigni declarentur. Quae posterior differentia vix usum aliquem praecipue creditorum ipsorum causa hodie initur. Quis igitur illud iure impediverit, si ipsum atque maximum creditorum interesse illud suadet et exigit. Quodsi debitor dolo, fraude, luxu, aut negligentia supina aes alienum contraxit, adversus illum poena publica carceris, relegationis aut ergastuli cum caeteris

infa-





infamiae notis ex officio decernenda semper locum habebit, atque illam nunquam priuatorum pactionibus tolli posse, quivis concedet. d)

a) recenset illos et refutat. BOEHMER I. c. §. 2. Idem Iure Lubecensi obtinet v. LEMKE n. 14.

b) v. Rathsverlass vom 2. Apr. 1628. in der Samml. der Addit. Dekrete p. 388. Auf der Kauf- und Handelsleute alhier unterthäniges nachwendiges Anbringen und Wirren, daß meine Herren, aus denen von ihnen weislauffzig angeführten Ursachen, ihr statutum Reformationis tit. XII. leg. 1. dahin corrigiren und ändern wollten, daß nunmehr und hinfüro (außerhalb der hypothecanten) der geringere Theil der persönlichen Glaubige ihre andern an der Summe boeber accordirten Mitcreditoribus nachzufolgen, und also den von dem meisten Theil derselben consentirten Vertrag gleichfalls einzuwilligen schuldig seyn, und mit ihrer Contravention und unzeitigen Verfolgung des Debitoris, andere ehrliche Leute an ihren accordirten Zahlungsmitteln in keinerley Weise verhindern solten, doch mit der sonderbaren Maas- und Bescheidtheit, daß alle und jede Debitores alsdann bey der Stelle zu verbleiben, sich in keine fremde Protection oder Geleit begeben, und über ihre Schuldenlast eine sonderbare Verzeichnis entweder summariter oder specifico mit Benennung seiner Creditorum, und deren bey einem jeden habenden Schuldforderung, und welche unterpfandmaessige oder gemeine Posten seyn, zugleich mit überreichen sollen etc. ist befohlen, solches Anbringen für die Herren Assessores und Schoepfen am Stadtgericht zu bringen, und ihr Bedenken einzunehmen, ob denen Kaufleuten in solchem Begehren zu willfahren oder nicht? Was dabey zu gemeiner Stadt Nutz und Wolfarth wegen der Falliment und angeregter Accord und Vertraege unter den Glaubigern, wie auch wegen Verpfändung der liegenden und fahrenden Haab und Güter, damit vielmals Betrag und Gefahr pflaget vorzulauffen, in Acht zu haben? solch Bedenken hernach den andern meiner Herren vordersten Herren Consulenten fürzulogen, auch ihr Bedenken darüber zu vernehmen, was zu thun seye?  
c) in





- c) in der Sammlung der Addit. Dekr. p. 390.  
 d) Idem etiam expresse statuitur decretis de 18. Febr. 1669, l. c. p. 434. de 6. Febr. 1693. l. c. p. 458. de 1. Oct. 1717. ibid. p. 446. ibi: Ob auch schon etwan die Glaubigere dergleichen Ehr- und Treuvergesenen Falliten deren Verhaft und Werfung in den Schuldtburn eben nicht begehren würden, sollen sie doch, nach Gestalt der Sachen und des Verbrechens, mit Stellung auf den oeffentlichen Pranger, mit der Landesverweisung, (deren sie die obnelem hier unstattbaste cessio bonorum zu befreyn nicht vermag) oder wohl gar ihrer Misserbat gemaess, gegen dieselbe, als oeffentliche Diebe, denen sie die Rechte und Reichs-satzungen vergleichen, andern zum Abscheu und Exempel, mit dem Staupbesen, oder auch mit Leibs- und Lebensstrafe verfahren werden.

### §. XVIII.

FINIS.

Perquam utile fuisset, catalogum legum statutariarum et provincialium, quibus praeclare possit illustrari haec doctrina addere, et subiungere rationes politicas, quibus merito emendari deberet et facilior reddi horum pactorum forma. Quoniam vero limites dissertationis academicae iam transgressi sumus, haec omnia reservare debemus ad occasionem opportiorem.





ULB Halle

3

003 331 415




TA-06











1785  
19  
2091

SPECIMEN INAUGURALE  
DE  
**PACTIS REMISSORIIS**  
CVM  
**DEBITORE OBAERATO**

QVOD  
EX DECRETO ATQVE AVCTORITATE  
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM  
ORDINIS  
IN ACADEMIA ALTORFINA  
**PRO DOCTORIS GRADV**  
ET  
**HONORIBVS**  
SUMMIS IN VTROQVE IVRE  
RITE ET LEGITIME OBTINENDIS  
DIE XXIII MART. MDCCLXXXV.  
EXHIBIT  
**PAVLVS TOBIAS WAGLERVS**  
NORIMBERGENSIS.

ALTORFII  
TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELI ACADEMIAE TYPOGRAPHI.